



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavtio Criminalis, Seu De Processibus Contra Sagas Liber

Spee, Friedrich von

Francofurti, 1632

7. An acri hoc medio sat extirpari hoc malum possit? & an alia qua ratione possit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11133

D V B I V M VII.

An acri hoc medio sat extirpari id malum possit? & an alia qua ratione possit?

RESPONDEO , Quantumuis vrant Principes, non exurent vnquam, nisi omnia exurant: vastant terras suas, plusquam vllum bellum, nec hilum proficiunt: res est vel sanguine deflenda. Sunt igitur, qui media mitiora suggerant, in quibus discretione & prudentia pollere mihi semper visus est insignis Societatis Iesu Theologus Tannerus Tomo 3. Theologiae, disput. 4. de Iustitia, quaest. 5. dub. 5. nu. 123. & sequentibus. cuius si media quae praescribit audire Principes vellent, non est dubium, quin fructum Resp. experiretur. De me quidem vt candidè dicam, multa in hanc rem animo versavi, & excogitare sum conatus, multos etiam ad Deum gemitus ac preces à multis aliis fusos scio, si quem radium suae lucis dimitteret, & qua maximè ratione tanta caligo planè posset discuti edoceret. Verùm eam video esse temporum conditionem, vt si
vel

vel reperisse quid tale contigisset, non videretur Magistratus Germaniæ quicquam pensi habituri: vnde neque me hæcenus in eam possum impellere sententiam, vt exponere in publicum velim, quod nesciam qua eorum pace & affectu sim facturus. Quod si verò est quispiam summorum Magistratum eius animi ac curiositatis, qui audeat aueatq; cognoscere, ac primum capere nouæ cuiusdam industriæ experimentum, qua intra annum duntaxat vnicum omnem suam prouinciam ab vniuersa hac peste sic expurget, vt nullum **NB** rarius quam veneficij crimen futurum sit; si est inquam, quisquam Magistratum, qui nosse & experiri serio velit, & conscientiæ quoque suæ ac Reip. vt experiatur putet interesse, habeo amicum virum religiosum, qui Industriam singularem, quam reperit docere velit, atque oppignorare vitam audeat, si fallat. Vidi eam & examinaui, nec quantum omni mea cogitatione consequi possum, errorem deprehendo, quin id certissimo possit consequi quod intendit:

16 Dub. VII. *An acri hoc medio sat extirpari &c.*

dit: miratusq; sum non parum, nondum
hactenus pluribus in mentem venisse.
De cætero & dictum satis est, & inuol-
uendum tamen silentio atq; occultan-
dum, quod non nisi ad solas auidorum
Damascē aures inuentor vult afferri. Docuit legi-
mus in vi- fer noster duodecim esse diei horas, &
ta Barlaā terram aliam bonam, aliam inutilem:
& in hanc quidem si quid sparseris tan-
tundem esse, ac si in fluctus magni maris
abieceris. Vbi tempus erit igitur & apta
terra, sementi non parcetur: sed & for-
sitā hoc ipso commentario adhuc di-
cam, quod prudentes intelligent. Res
est facilis & expedita, minima & magna,
nota omnibus, omnibus ignota.

D V B I V M VIII.

*Quam caute Principes & eorum Officiales in
hoc crimine procedere debeant?*

RESPONDEO, Vti non male faciunt
Principes cum in crimen hoc acri-
ter procedunt, ita male, ac pessime, nisi
maxima cum cautela, prudentia, cir-
cumspeditione. Adeo vt non modo non
liceat liberius, ac negligentius in hoc
cri-